



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sortes, Qvibvs, Ne Temere Cadant, Temperandis; Vel, Si  
Temere Dvcvntvr, Castigandis, Divini Ivdicii Æqvitas  
Semper Adest**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1645**

§. 1. Etsi non semper illicita, periculosa tamen sortitio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52306)

CAPVT. II.

*Quanam exploratio diuina voluntatis,  
per sortes, aut qua sors sit licita?*

§. I.

*Etsi non semper illicita, periculosa tamen  
sortitio.*

**N**Uquam magis inter Scyllam & Charybdim nauigatur, quàm cū de *Sortibus* est disputatio: vtrinque enim sunt scopuli: & qui omnes *Sortes* damnat, malus est iudex, & qui omnes absoluit, impius vsurpator. Recensui varias *Sortes*, & varios, qui illis vsi sunt, non tamen omnes probaui; improbus autem essem, si omnes reiecissem. Vt ergò tutò, etiam hac ratione, Dei iudicia indagari possint, sequentia dabo documenta.

§. II.

*Industrias quasdam, Sortium instar, adhibitas  
aut adhiberi solitas, non esse damnandas,  
si quidem, sine malo dolo, aut  
malo fine, adhibeantur.*

Primum documentum. Quædam *Sortes* vocantur, quæ non sunt *Sortes*, sed meræ industriæ naturales, atque ex se non illicitæ; sed sæpe etiam laudatæ. Talis fuit Sors, ex